



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Macarius Alexander. 2. Ianuarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

2. Ian. VITÆ SANCTORUM. 13  
patri suo exhibuit & Matri; discere virtutes cæteras, ut vitæ lumen in te valeas possidere; Christum sequere, Christum imitare, ut ad ipsum pervenias. B. Laur.  
Just. de interiore confictu.

S. MACARIUS ALEXANDER.

2. Ianuarij.

Hunc MACARIUM nomine suo Alexandria imò fallor, suo ille Alexandriam beavit. V I I. annis sine cocto edulio, sine omni somno dies XX. quadragintadiale jejunium sine omni cibo transegit. Satur interea cæli deliciis, & piis nunquam non lacrimis ebrius. Inter hæc Cupidinem bella sibi moventem aggressus, culicum præsidio corpus cinxit; quos inter cùm sex adeò menses nudus decertasset, horum aculeis longè hostem submovit. Quid multis? brevitam parvo milite ingentem, & formidandum tyrannum debellavit. Pœnitentein Sacerdotem à sacrilegâ Venere, & qui in pœnam afflicti corpore serpebat, cancro eâ lege absolvit, ut ne porrò sacrificaret impurus. Nec in homines solum pius, cæcum feræ, nescio cuius, partum sputo suo illitum lumine donavit, oviculæ exuviis à gratâ parente vicissim donatus. Inter precandum ita se ipsum fertur adhortatus: *Animemi, ne te in terras è cælo demitte: ibi Deum*  
*& cum*

## 14 VITÆ SANCTORUM. 3.Ian.

*¶* cum Deo Dei aulam omnem habes, vi-  
derat nimirum quandoque quām multi-  
plici dolo astuque turbare precantum a-  
nimos malus hostis niteretur. Ob hæc  
aliaque ejuscemodi prædicantibus verè  
**M A C A R I U M**, hoc est beatum, ut qui  
mundo tam bellè illuderet, illud respon-  
si dedit, caverent, ne ipsis mundus illu-  
deret. Vivere porrò desiit, cùm annum  
ageret centesimum, & documento sanè  
fuit mortalibus, frugalitate & vitæ reli-  
giosæ asperitate non minui annos, sed  
crescere. *Ex vit. PP.*

*Quæ segnities est; capi ineptis cogitatio-  
nibus, cùm Dominum deprecari, quasi sit  
alius, quod magis debeas cogitare, quām  
quòd cùm Deo loquaris: Quomodo te audi-  
ri à Deo positas, cùm te ipse non audias?*  
S. Cyprian. de Orat. Dom.

## S. GORDIUS MARTYR. 3.Ian.

**P**otuisse olim eremum campanum  
dicere Martium, unde illi prodirent,  
qui bella orbi, qui tyrannis moverent.  
Ita **G O R D I U S** etiam noster è nobili  
militum tribuno Christi tiro, ubi sat diu  
in antro ad eremi leges exercuisse velut  
ad palmum se, & piæ militiae satis præ-  
luisse jam visus sibi est; progressus de-  
mum festo die in medium theatri, fas-  
susque **C H R I S T I** se militem, corpus  
frustratim concidendum carnifici obtu-  
lit ::